

Vis hebet ingenii, torpent ad carmina vires:
Hæc tamen urget amor Gorbicij favor;
Phæbe later validas, quæso, mihi porrige vires,
Imbuito pectus nectare Thespiadum:
Da fontes mihi Mæsa novos, venumq; liquore,
Quæ perquam gracilis perplue Pæno.
Necte comas nostras hodiè Pæneide lauru
Vitisq; albescant tempora nostra sacris.
Vos quoq; concripti Patres, atq; urbis Atlantes,
Per quos Gymnasium, curia, templa vigent,
Huc faciles afflate piis conatibus auras
Et linguis vestrum quisq; favetis mihi.
Vos præceptores, morum vitæq; Magistri,
Pectora qui lymphis tingitis floribus,
Atq; animos nostros largè satiare paratis
mellitis dictis Nectarisq; mero,
Huc blandas aures, blandas huic vertite mentes,
Et blandis dictis blandula vela date.
Vos etiam quicumq; bonas percurretis artes,
Vestrag; Castabis ora rigatis aquis,
Auscultate mihi facili aures et mente benigna,
Dum simul et vobis ultima verba canam.
Attica sicut apis saltus et prata pererrat,
Herbarum flores libat et arte favos.
Disponit, dulci distendit nectare cellas
Ordine concinno mellea tecta fovens:
Sic quoq; quis blandum fecit blandissima nomen
Gratia, relinquunt pulpita docta scholæ,
Ut sua tunc longè majore labella liquore
Atq; abibi sparso melle rigare queant.
Nempe parens quia me trifis Phæboq; sacraerat,
Jussérat et studiis invigilare bonis
Hisce mihi monitis posthac parere paternis
Ipse et tali nutibus ardor erat:

Artibus